Annæ Witoldi uxoris fidelitas Hedvigi Reginæ et Regno Poloniæ

Anna Dei gratia Ducissa Lithvaniæ, domina Trocen, Lucen etc: Notificamus tenore præsentium quibus expedit universis. Quod bona fide nostra sine dolo quolibet ac fraude promittimus pro Serenissimo Principe Domino Allexandro aliàs Witowdo consorte nostro carissimo, quòd omnes et singulos articulos scriptos et insertos in litera sua Serenissimæ Principi Dominæ Hedwigi Reginæ Poloniæ, data, tenere debet ac inviolabiliter observare sine fallo quolibet. Et specialiter quòd idem dominus Allexander aliàs Witowd consors noster carissimus Regnum ac Regni Coronam Poloniæ nunquam debet deserere, neque sui posteri, ymò cum præfata domina Hedvige Regina contra ipsius adversariòs pungnare, quotiens se locus obtulerit, perpetuis temporibus affuturis. Nosque Anna præfata omnia præscripta tenere etiam promittimus et adimplere sine fallo, harum literarum testimonio, quibus Sigillum nostrum est appensum. Actum et datum in Ostrowo ipsa die Sancti Dominici. Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo

Ta Kopia skonfrontowana z Oryginałem pargaminowym nakształt listu złożonym d. 26. Junij 1782. U dołu zawieszona pieczęć na sznurku iedwabnym karmazynowym, z bregiem nadpsutym, wyrażaiąca na massie czerwoney figurę kobiety dwoie dzieci na ronie piastuiącey. Zaswiadczam Adam Naruszewicz

Bis. Ko. Jmol. Pisarz Wielki Lit.

mp